Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



378

& coeperunt membra eius audire quod caput audiebat; Iam ergo dno ihu xpo
in celo constituto & ipso in nobis inter ra laborantes. dixerunt adhuc inimici eius.
quando morietur & peribit nomen eius; Hinc enim persecutiones in ecclesia
diabolus concitauit ad pdendum nomen xpi. Nisi forte putatis ff. quia
illi pagani quando seuiebant in xpianos non hoc sibi dicebant delere nomen
xpi delere ut moreretur iterum xps; Nincapite sed in corpore suo;
Occasi sunt & martires ad multiplicandam ecclesiam. ualuit sed sanguis effu
sus; seminatione accessit & mors martirum pretiosa in conspectu dni
mors iustorum eius; Multiplicati sunt magis magisq; xpiani & non est
in plurum quod dixerunt inimici. quando morietur & peribit nomen eius;
Adhuc & modo dicitur. sedent pagani & conputant sibi annos audiunt fanaticos
suos dicentes. aliquando xpiani non erunt & idola illa coli habent quemadmo
dum ante a colebantur; Adhuc quando morietur & peribit nomen eius. bis
uiti uel tedio sapite. mortuus est xps non perit nomen eius; mortui martires
multiplicata est magis ecclesia; Crescit pomnes gentes nomen xpi. quide
mortes sua & resurrectione praedixit. quidem mortib: martirum suorum & decorte
praedixit ipse & de ecclesia sua futura praedixit; si uero bis dixit testium
mentitus e; Ua nunc ergo quod credatis contra illum; melius est ut cre
datis in illum. ut intellegatis supe egenum & pauperem. qnm pauper factus est
cum diuis &c. ut ipsius inquit paupertate ditarimini; Nunc autem qui pauper
factus e contemnitur & dicitur. homo erat qui erat mortuus e crucifixus e. hominem colitis. in hominem spem habetis; mortuum adorati
falleris. Intellege supe egenum & pauperem ut illius paupertate diues efficiaris;
Quid e intellegere supe egenum & pauperem ut ipsum xpm egenum & pauperem
accipias. Dicentem in alio psalmo; Ego autem egenus & pauper sum. dns
curam habet mei; Quid est intellegere supe egenum & pauperem. quia semet
ipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus
& habitu inuentus ut homo; diues apud patrem. paup apud nos; Diues in caelo
paup in terra; diues ds. pauper homo; hoc tergo turbat quod hominem
uides quod carnem intueris. quod mortem respicis. quod crucem irridis.
hoc te turbat. Intellege supe egenum & pauperem; Quid est hoc intellege
qui ubi ubi exposita est infirmitas. ibi lata est diuinitas; Diues. quasi est pauper
qui tu sic eras; sed tamen paupertas ipsius. diuitiae nostrae sunt. quomodo
infirmitas ipsius. fortitudo nostra est; Quomodo stultum ipsius. sapien
tia nostra est; Quomodo mortalitas ipsius. immortalitas nostra est;